



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Antonius Daniel.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

*Prædictio.* mè habere. Prædixit tamen, Dei tribunali sistendum breui & illum & se; atque ibi causam vtriusque discutendam. Vates fuit. etenim ille de quo loquebatur, & quem priore ante se loco expresserat cùm de morte loqueretur, aliquot horis ante P. Theodori mortem è vita ereptus est. Alius item eius mortis reus, linguâ tetrum, in modum intumescente ac exertâ miser interijt.

*Iudicium  
Dei*

*P. Antonius Daniel.*

*Gallus.  
in nov. 2.  
Francia.  
4. Julij.  
1649.  
atat. 49.  
Soc. 28.*

*Fides.*

E primis hic vnus fuit qui ad arduas illas Huronum Neo-Indias profecti sunt: ibique per ipsos annos 15. strenuè sudavit. Illius, ac sociorum operæ pretium, sunt illi mille septingenti, qui intra paucos annos Christo istic adiuncti sunt. Antonius hoc

hoc die manè diuino sacri-  
 ficio operatus, cùm Hiro-  
 quæos ad eadem aduentan-  
 tes audiret, quosdam antea  
 iam dispositos quos potuit  
 illicò baptizauit; vt æternæ  
 illorum vitæ in periculo il-  
 lo prospiceret. In templo  
 vnà omnes Christiani in  
 preces effusi, ab illo certatim  
 pœnitentiâ expiati, & per-  
 sanctè incitati ad mortem  
 piè oppetendam, cùm dice-  
 ret: Hodie erimus in Para-  
 diso, fratres! Hiroquæis  
 ethnicis barbaris in templū  
 se infundentibus prodiit ob-  
 uis; & sagittis confossus est,  
 IESVM clamans. Singuli  
 barbari vulnus aliquod, etiā  
 mortuo, infixere, ac templū,  
 igne iniecto, vnà cum cada-  
 uere combussere. A morte

*Mors.* .  
*Disce à*  
*mortuo.*

*Animo-*  
*rum.*  
*Zelus.* .  
*Calum.*

*Hispanus.*  
*Deborope.*  
*10. Julij.*  
*1594.*  
*ætat. 34.*  
*Soc. 18.*

*Fides.* .

excelsâ demissione, ac fan-  
 ctimonix famâ memorabi-  
 li, semel iterumque conspe-  
 ctus, impensè suavit vt infide-  
 lium animæ omni omninò  
 adhibitâ operâ & diligentia  
 iuuarentur: sibi autem datas  
 à Deo plures animas, vnâ  
 secum æternis gaudijs poti-  
 turas ..

*P. Gundisalvus de Tapia.*

Intra 17. dies barbarum  
 Cicimecarum idioma perdi-  
 dicit, charitate memoriam  
 sustentante. Primus nec sine  
 fructu lætabili peruolauit ad  
 cultionem Topianæ gentis,  
 quæ homines vorat; ceruos,  
 cuniculos, aquilam, nouacu-  
 lam è filice formatam, varijs  
 temporibus adorat. Cina-  
 loenses deinde instruxit; vbi  
 & ingenia mitiora, & terra-  
 bis quotannis frugifera; vbi  
 fur,